

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7426

Autre(s) référence(s) : Round 217

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Notre-Dame-de-Bondeville, Notre-Dame de Bondeville (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1181-1189]

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye de Bondeville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCXLVII, t. 2, p. 387-390.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 217.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 387. Souscription de Jean, évêque d'Évreux depuis 1181.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, prepositis, baillivis, ministris et omnibus fidelibus suis tocius terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et Beate Marie de Bondevilla, et sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, omnes possessiones ipsarum, libertates et consuetudines et donationes, sicut ex cartis ipsorum donatorum eis rationabiliter collatas esse cognoscimus, videlicet : Ex dono Ricardi de Rovres, et filiorum suorum Gilleberti et Willelmi, et Matildis sue uxoris, pro Dei amore et salute anime sue et omnium parentum et antecessorum suorum, culturam terre juxta monasterium adjacentem, et sedem unius piscine in aqua sua, et decimas molendinorum suorum de Malo Alneto, et sedem unius molendini ante curiam ipsarum monialium, et decimam molendini sui de Humo et omnium molendinorum suorum de Bondevilla et de Moncello, et decimam censuum et regardorum tocius redditus sui et tocius nemoris sui de Monte Calvel, et secundam decimam sue segetis, et IIII.

burgenses in haya Montis Calvel, qui omnes reddunt octo solidos per annum, et sedem unius curie inter duas aquas, et transitum ad pasturam foreste de Serveisons, et decimam unius ville sue que vocatur Boscus, et unum ospitem qui reddit quinque solidos per annum, et septem acras terre unde celebrantur tres misse pro fidelibus quaque ebdomada, et unam carrucam terre apud Pubeuf, quam tenebat de feodo Pratellorum, et pasnagium porcorum, et herbagium animalium suorum omnium, et mortuum boscum in Monte Calvel, et pratum juxta molendinum dicte ecclesie, et decimam virgultorum suorum, et ad Cokerelmont duas acras terre et unam virgultam, et ad Malum Alnetum unam masuram, et decimam sui redditus de Espinevilla ; concessit etiam ex dono Roberti Fabri unam acram terre ad Malum Alnetum, et ex dono Ricardi de Vado unam acram terre inter duas aquas, et apud les Alnes IIIor acras terre, et ex dono Osberni del Maisnil apud les Alnes IIIor acras terre, et apud Bondevillam unam acram prati. Ex dono autem Matildis imperatricis, pro Dei amore et pro animabus patris sui Henrici regis Anglorum, et matris sue Matildis regine [viri]que sui Gaufridi, Normannorum ducis et comitis Andegavorum, terram in foresta de Roumarra que vocatur Campus Tragerii, liberam et quietam ab omni consuetudine et exactione. Ex dono Willelmi de Sahurs, unam acram terre prope ecclesiam Mali Alneti. Ex dono Ricardi Morant, unum molendinum tennerés, et sedem domus sue, et totam terram sue mesure. Ex dono Benardi de Bourgeel, duas acras terre ; et ex dono Beatricis d'Eslettes, unum vilanum apud les Alnes. Item ex dono Gilleberti de Rovres, in Monte Calvel, centum acras terre liberam et quietam, et boscum de Faio quantum est inter duas vias Mesnilorum duorum, et cum illo bosco quatuor acras terre sui dominici extra Faicum. Concessit et Gislebertus de Rovres omnes donationes et elemosinas quas Ricardus, pater ejus, ipsis monialibus dederat et concesserat liberam et quietam in perpetuum manere, et ut omnes advenientes molendino ipsarum monialium ab omnibus partibus per terram suam transeuntes in pace eant et redeant ; insuper et culturam de Moncellis. Ex dono Ricardi de Vadis, quatuor acras terre apud les Alnes, et pratum Rogeri de Sancto Martino, et la forere de Junche juxta culturam et pontem ipsarum monialium, liberam et quietam, ut in boscum eant et redeant, et terram de Campo Morandi, et duas acras terre per quas via est ad nemus citra aquam et ultra ; et ex dono Suberti (?) Loremarii et Enmeline sue uxoris, duas acras prati. Ex dono Philippi de Sahus, unam acram terre in capite Vallis Rogerii. Ex dono Engelardi de Malo Alneto, sex acras terre apud le Mesnil. Ex dono Ricardi Hubotoct., et Anfride, matris ejus, duas acras terre apud eundem locum, et unam acram prati prope domum ipsarum monialium ; concessit etiam predictus Gillebertus de Rovres ut tres misse cantentur in monasterio monialium, que statute erant in monasterio de Bondevilla cantari. Ex dono autem Walterii Gifardi, quicquid ex feodo ejus erat in ecclesia de Guerris, tam in decimis quam in terris. Ex dono Roberti de Villequier, duas garbas de Eskenvilla, cum ejus redecima, et unam acram terre ad sedem unius granchie sanctimonialium, et redecimam de Williquier et de Oberbosc et de Subberville et de Anketeville, et totam decimam molendinorum suorum et omnium reddituum ejus de Normannia in denariis et caponibus et piscibus et braisiis ; decem et septem acras terre ad Felkereum. Ex dono Audulfi de Brachi, centum et decem solidos Andegavensium annuatim. Ex dono Radulfi de Plaisseis, viginti solidos Andegavensium per annum. Ex dono Roberti de Frieville [et] Aelis sue uxoris, unum hominem liberum et quietum, qui reddit decem solidos Andegavensium per annum et regardos. Ex dono autem monachorum de Bello Becco, granchiam de Sidevilla, liberam et quietam, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Johannis de Pratellis, viginti solidos Andegavensium per annum ad Bolebec. Ex dono Roberti de Candos, decem acras terre ad Warengerville ; et ex dono Beatricis, sororis Roberti de Esneval, sex solidos Andegavensium, de censu unius mesure de Rothomago ; et ex dono Hugonis de Pruilleio et Roberti de Freschienes, campum Eroidi. Ex dono Ricart Hubolt et Anfride, sue uxoris, duas acras terre et unam acram prati. Ex dono Stephani Bordet, sex minas bladi per annum. Ex dono Ricardi Talebot et Willelmi fratris sui, unam summam bladi ad festum Sancti Michaelis in novo molendino quod est in revera de Herecourt. Ex dono Mathei de Clera, unam summam ordei in molendino de Tot, in festo Sancti Remigii annuatim recipiendam. Ex dono Petri de Spineto, X. solidatas redditus apud Spinetum, quas Ewardus Radulfi et sui heredes debent reddere annuatim sanctimonialibus ad festum Sancti Michaelis. Ex dono Willelmi de Mesnil Goislein, quinque solidos redditus apud Sanctum Stephanum in perpetuam elemosinam, quas Ricardus de Sancto Stephano et sui heredes debent reddere annuatim sanctimonialibus ad festum Sancti Andree. Ex dono Osberti presbiteri de Bretevilla, duodecim denarios et tres capones et tres panes. Ex dono Willelmi de Sancto Michaele, sex acras terre apud Malum Alnetum. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia Beate Marie de Bondevilla et sanctimoniales in ea Deo servientes omnia supradicta habeant et teneant in perpetuam elemosinam, bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, in ecclesiis et terris et decimis, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stannis et marescis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis ad ea pertinentibus, et omnibus libertatibus et quietanciis et liberis consuetudinibus suis sicut carta mea et carte aliorum donatorum testantur.

Testibus : Johanne Ebroicensi episcopo, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, comite Willelmo de Mannevilla, Hugone de Cressi, Johanne comit., Ricardo Gifart.
Apud Rothomagum.